



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

In Omnes Totivs Anni Dominicas Æstiuas, à Festo Pentecostes vsque ad
Aduentum

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXIX

Dominica XXII. Post Pentecost.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56259](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56259)

re, indulge, hac scilicet cōditione, vt quem admodum tu nobis ignoscis, nos quoq; non ad exemplum scelesti huius serui, proximo ignoscamus. Atq; vnica hæc est, ad gratiam tuam in hoc mundo, & gloriam cœlestem in altero promerendam, ratio, cuius nos confortes reddant Pater, Filius, & Spiritus sanctus, Amen.

DOMINICA XXII. POST PENTECOST.

Partitio.

1. Quod sit naturalis appetitus veri in hominibus.
2. Quantum sit metuendum periculi à lingua.
3. De interrogantium Dominum adulatione.
4. De eorundem hypocritis tentatrice.
5. De Denario oblato.
6. De imagine Denarij.

Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt Dei, Deo. Matth. 22.

FIGURA.

Exod. 28.

Inter cætera summi Iudæorum Pontificis Ornamenta, lamina erat aurea, quam in fronte gerebat, quæ sacratissimum Dei nomen inscriptum continebat; atq; hæc vittæ hyacinthinæ alligata erat. Cæterum hoc præcepto ostendebatur summum Sacerdotem ab ima calce, vsque ad summum capitis verticem ad Deum spectare, mundum vero nihil in ipso possidere debere; Solius siquidem Dei totus erat, cuius symbolum & insignia præfert. Vt mystice hoc exponam, crediderim hic designatum, Deum hominem condidisse, vel vt Sacerdotem, vel, vt creaturam ratione præditam, qui non iam amplius sanctum eius nomen, sed vniuersam illius essentia imaginem animæ fronte præferret. Vt hinc disceremus, totum hominē ad Deum spectare, cum in naturæ lamina illius typum & insignia inculpta gesserit: atque ita animam, nomisma illud aureum, diuinitatis i-

magine insignitum, Deo necessario reddi debere. Hoc præsentī Euangelio continetur, cuius occasione præclaros vobis conceptus producam, si Spiritus Paraclitus mihi succurrere, & Deipara pro oratore intercedere non dedignentur. Idcirco Angelicam illi salutationem offeramus, cum Angelo dicentes.

Ave MARIA.

Ea fuit omnium semper Philosophorum opinio, vt crediderint ipsum intelligere & cognoscere, essentialē hominis proprietatem esse, ob quam scilicet creatus esset, & qua; naturæ instinctum sequendo, delectaretur. Videbant enim omnia animalia proprietatem quandam naturalem continere, & in eiusdem operatione maxime delectari: quod tum in Politicis Aristoteles, tum ipsa nos docet experientia. Cernere enim est aues volatu, bestias cursu; bruta feritate, hominem rerum intelligentia delectari. Huc referemus præclaram illam Quintiliani sententiam. Sicut aues, inquit, ad volandum, equi ad cursum, ad scuitiam fera gignuntur, ita nobis propria est mentis agitatio atque solertia, vni origo animi cœlestis creditur. Et ante illum Commentator Auerrois lib. 2. de anima, ait, scientiam primam animæ perfectionem esse: cui suffragatur Magnus Augustinus in Enchiridio, & refertur 2. lib. sentent. dist. 1. dicens: *Fecit Deus rationalem creaturam, vt summum bonum intelligeret.* Ipse etiam Aristoteles ab hoc axioma, quod à proposito non vsque adeo alienum est Metaphysica sua incipit: *Omnes homines natura scire desiderant.*

Cæterum intellectus obiectum ipsa est Veritas obiecta, & ipsa scientia non nisi verarum reiectum in- rum est scientia, teste eodem, vbi supra Aristotele: *Sicut bonum est obiectum voluntatis, ita verum intelligentiæ.* Atq; hinc fit, vt omnis hominis perfectio, omnisque naturæ illius dignitas & eminentia in veritatis cognoscendæ desiderio consistat: cui argumento innixus Cicero ille Christianus, Lactantius aduersus gentiles dicebat: *Naturam hominis Deus veri adipsi scendi cupidissimam fecit.* Cuius Christiani.

Yy 3 rei

rei ratio peregrina est; nam vt omnis facultas obiectum suum naturaliter sequitur, e-
Lib. 2. de anima. § 10. Ethic. usq; fruitione max: opere desiderat, quod ab eo illius, boni perfectio, delectatioque, vt Aristoteles asserit, dependeat: ita humanus intellectus, naturali quodam impetu, veram rerum omnium cognitionem imprimis desiderat & expetit.

Huc alludens Eloquentiæ flos & decus Tullius, in officiis & in Tusculanis scribit: *Lib. 1. offic.*
Insatiabilis quadam cupiditas inest mentibus nostris veri videndi. Dauid quoque Rex aliud non desiderabat quam veritatem penitus agnoscere, hinc supplex orabat: *Dirige me in veritate tua.* & alio loco: *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam.* Quin & præuaricantium & improborum cæcitatem ignorantiamque deplorans ait: *Non est in ore eorum Veritas, cor eorum vanum & sepulchrum patens est guttur eorum.* Atq; ideo nihil adeo ad perfectionem hominis necessarium esse dicitur, quam veritas: Moysi namq; iudices populi constituto præcepit Dominus. *Provide de omni plebe viros potentes & timentes Deum, in quibus sit veritas.* E quibus manifeste apparet, veritatem imprimis ad viri ornamentum ac perfectionem spectare.

Inter Pontificis Judaici ornamenta erat rationale, cui velut epigraphen & symbolum inscribi Deus iussit hæc verba: *Doctrina & veritas*, vt ipse sibi persuadeat, simulque alij hinc discerent, quod quemadmodum homo ad doctrinam & veritatem natus est, ita Deus illum velut summum Pontificem constituerit, alios vt tum cœlestem scientiam, tum mysteriorum doctrinam edoceret.

Laudans sacra Scriptura merita perfectionesque sanctissimi viri Tobia, in primis in eo celebrat, quod non obstante captiuitate, & grauissimis arumnis, a veritatis tamen semita non deflexerit: *In captiuitate positus, viam veritatis non deseruit.* Ita merito ille celebrandus est, & immortalis dignus præconio, qui, quia homo & Christianus quidem, nequidquam impediens omnibus mundi negotiis ac turbis, regiam veritatis viam non deseruit.

Adde insuper, aquilam illam Euangelicam, Joannem intelligo, in sublime perfectionem solis iustitiae Jesu Christi enolando, cuiusque dotes & qualitates describendo, gratiam & veritatem in eo in primis prædicasse: *Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à Patre, plenum gratia & Veritate.* Hæc dicta sint hæcenus in veritatis encomium, quod Pharisæos & Scribas hodie in Euangelio illam in Christo prædicantes audiam, Christum enim accedentes dixere: *Magister scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces.* Historiam Matthæus describit, ipse eandem commendaturus primo fucaram & subdolum versipellium horum Pharisæorum orationem, ac deinde prudens Redemptoris responsum proponam. *Aures præbete, rem aggredior.*

Augustus Imp. cum vniuersum orbem describeret, & omnibus nomen suum profrentibus tributum imponeret, seditiosi quidam quorum fax & coryphæus Judas quidam Galilæus erat, surrexere, & tributum hoc persoluere detestantur; quorum partes multi secuti sunt: sed omnes coniurationis focij & imprimis Judas a Romanis dignas sceleribus poenas tulerunt.

Ita testatur Josephus in Antiquitatibus, & *10. sep. 1. 18.* eorum meminit referente in Apostolorum Actis Luca, Gamaliel legis doctor, dicens: *Post hunc existit Iudas Galilæus in diebus professionis, id est, descriptionis, & auertit populum post se, & ipse perit, & omne: quorum ei conserferunt, dispersi sunt.* Graue Judæis hoc tributum videbatur, & querebantur sibi ipsam imponi, ad libertatem natis. Adeo, vt plurimi non sint veriti dicere; nõ esse tributum Casari persoluendum, & nefas esse populum sanctum, & Deo charum gentili Imperatori & idololatria infami v. & regalem & tributarium existere. E contra tam æquum alij censebant, summo totius orbis monarchæ, pacis publicæ restauratori conseruatiq; inimicorum propulsatori tributum aliquod pendi. Atque hinc discedebat studia in contraria vulgus, & hi prioribus, illi aliis adharebant: quas inter turbas Pharisæi consilium capiunt, vt Christo hanc questionem proponerent, vt eius hæc super re sententiam expiscarentur. Atque ideo nonnullos eius, vna cum Herodianis, (qui

corp-

corp-

corporis Herodis regis custodes, & tributis regis per Iudæam propositi erant) ad eum destināt, sententiam suam vt proponat efflagitates. Sed eorum mens erat, vt si tributum persoluendum negaret, læsæ maiestatis & seditionis concitatus eum accusarent; at si pendi illud debere doceret, apud populum & vulgus traducerent, quasi Cæsarianum & Romanorum rebus fauentem & patriæ libertatis dissipatorem, itaque opinio quam de illo populus conceperat, qua eum vt Redemptorem & Messiam aduenisse credebatur, minueretur.

Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, Per Herodinos hos intelligunt nonnulli laetones & stipatores Herodis, qui Phariseorum discipulos comitabantur, vt si forte Christus acrius & pertinacius defendere voluisset, tributum Cæsari non esse persoluendum, eum apprehensum, velur læsæ maiestatis Cæsareæ reū, in carcerem armata manu detrunderent, itaq; eum vita spoliarent. At credunt alij, non fuisse hos Herodis praesidiarios, at Iudæos quosdam, qui Herodis partes sequerentur, acerrime aduersus Phariseos asserentes Cæsari tributa pendi debere. Cæterum Herodes Tetrarcha Galilææ erat, quem Augustus Popul. Roman. nomine, totius prouinciae caput constituerat, vt pro Cæsaris ærario tributa colligeret. Huius opinionis est Hieronymus & Origenes. Porro Phariseorum qui hanc legationem adornauerant, mens & intentio erat, *Iesum in sermone capere.*

Et sane sæpe numero accidit, vt homines incauti in sermone & verbis capiantur & illaqueentur, quod hic ineres sint, & lingua membrum omnium imbecillimum. Et sane hæc sapienter accidit, vt homines incauti in sermone & verbis capiantur & illaqueentur, quod hic ineres sint, & lingua membrum omnium imbecillimum. Et sane hæc sapienter accidit, vt homines incauti in sermone & verbis capiantur & illaqueentur, quod hic ineres sint, & lingua membrum omnium imbecillimum.

Hinc factum puto, quod Satan, noxia illa bellua, quamuis omni quæ excogitari & frangi possit crudelitate in Iob virum innocentissimum sauiisset, omnia eum facultatibus

priuasset, opes abstulisset, liberos oppressisset, in vitam eius conspirasset, nunquam tamen linguam eius tangere aut ferire valuerit, credebatur siquidem, illum ærumnis oppressum, & ad extremas miseras redactum; in verbum aliqd acerbius, quod impatentiam spiraret; prorupiturum. Quem Satanæ astum Iob intelligens ait, *Adhæsi os meum (Iob 19.)* *carni meæ, & derelicta sunt tantum modo labia circa dentes meos:* quasi diceret, Quis talem vnquam versuram audiuit, quasi mecum vitur versura illa Tartari vulpes: quæ cum nullum in corpore membrum à plagis immune reliquerit, soli pepercit linguæ, vt hæc in blasphemias & conuitia in Deum erumperet, & hæc apud amicos de Dei erga me ingratitude expostularem. Sciebat nempe Satan, quantum in lingua periculum esset constitutum.

Nec sine ratione factum credo, quod cum natura cætera membra ita crearet, vt forisecus videri à quolibet possint, linguam tamen ori incluserit, ac duobus velut vallibus ac sepimentis muniuerit. Quin & egregium quid in lingua notat naturæ mystes Phnius, habere scilicet duplicem venam, quarum vna cor, altera cerebrum, in quo ratio commemoratur, perit. E quo naturæ artificio discerelicer, hominem aliud corde, aliud in lingua non gestare debere, at lingua cordi vt consentiat opus esse: nec etiam omnia, quæ cor & animus suggerit, promiscue effutienda, at ea solum quæ aqua sunt, & rationi consentanea.

Quamobrem diligenter quis præmeditatur oportet, antequam ad loquendum linguam laxet, nec temere & inconsulto verba effutienda, iuxta Sapientis consilium, *Verbis tuis saues frateram, & franos ori tuos: Eccles. 2 d.* *attende, ne forte laboris in lingua, & cadas in conspectu inimicorum,* id est, *preces in conspectu demonum qui assiduo tibi struunt insidias.* Nec vnun modo Spiritus sanctus frænum, sed frænos ori ingeri vult, quales sunt, amor Dei, Sanctus quidam metus, pudor civilis, & modestia Christiana, discretio adhæc in loquendo, prudentia in tacendo, sapientia in auscultando, humilitas in se coercendo; taciturnitas in sodalitijs, *secre-*

Natura cuius linguam absconderit.

Duas linguas habet.

Variis linguas frenat.

II. Lingua membrum omnium imbecillimum.

Iacob 1.

Secretorum commissorum occultatio, detractionis fuga, & calumniae detestatio, fr̄ nos denique, qui laxentur, dum loquendi occurrerit occasio, contrahantur item, cum satius fuerit tacuisse.

Psal. 18.

Pr̄ ceteris igitur membris exiguum illud refranandum est & ne libere diuagetur impediendum. Ita se fecisse testatur vates regius dicens, *Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo.* Id est, si sensus meos exteriores semel ita refranauero, vt non amplius insolescant, nec mihi imperent, at ego vicissim illis, magnis haud dubie bonis cumulabor, immaculatus ero, & imprimis à lingua vitio, quod inter omnia maximum est, & ceterorum caput. Pr̄ ceteris igitur sensib. linguae dominari cupit, cui qui imperare potuerit, absolutum se regem & sui ipsius Dominum esse vere poterit asserere.

Psal. 14.

Dauid cum diligentem regni rationē haberet, & per omnes illius limites, vigilias & praesidia constituisset à Domino petebat supplex, linguae suae vt custodes etiā adhiberet, *Pone Domine custodiam ori meo.* Atq; alias cum proposita sua sancta referret, ait, *Dixi custodiam vias meas, vt nō delinquam in lingua mea.* Id est, Constitui Domine praesidium aliquod in ore collocare, atque omnes vias meas diligenter obseruare, cogitationes scilicet verba, actiones, loquelam meam & silentium, q̄ sunt haud dubie animae viæ, ne te vnquam lingua mea offendam Custodire autē vias, ne in lingua delictū admittatur, est cauere sibi à multiloquio, nam ab hoc fonte emanat detractio, assentatio, mendacia, & alia plurima.

Eccles. 22.

Sapiens verba moderetur.

Linguae detrimenta Sapiens cum perpenderet, semper metuebat, hoc ne membrum hostis inuaderet, atq; ideo supplex à Domino postulabat, huic vt eustodiam poneret: *Quis dabit ori meo custodiam, & super labia signaculum certum, vt non cadam in ipsis, & lingua mea perdat me?* Quantum pudorem nobis iniiciant verba illa viri sapientissimi, qui ad singula quae profert verba tremit & expallefcit: & quamuis à S. S. fuisset inspiratus, linguae tamen libertatem semper metuebat, atque ideo caelitus auxilium aduocat Nos vero miseri peccatores, tam libere & effrenate

loquimur, ac si in gratia essemus confirmati. Hoc igitur in membro Pharisaei Christum expugnatos le credunt, & in verbis eum vt capiant, legatos ad illum destinauerunt dicentes: *Magister scimus, quia Seraxos, & sciam Dei in veritate doces*

Notate, adulatorēs magna encomiorum in saluatorem congerunt plaustra, scientes nulla balista adeo facile hominis animum deici & expugnari, quam laudum & praecōniorum. Bene autem veracem illum dicunt, quem controuersia sua iudicem & arbitrum elegerunt: in primis siquidem necessarium est, vt iudex veritatem amet & mendacium detestetur. Hinc apud Aegyptios, vt *Ælia Lib. 14. ca.* nus in varijs, ait, mos obtinuit, vt si quando summus sacrorum praesides causis diiudicandis praesert, imagunculam quandam è saphiro è collo suspensam haberet, Veritatis nomine appellatam. Refertur huc etiam quae rationale illud Mosaicum, cui Hebraice *Vrim & Thumim*, id est, Doctrina & Veritas inscriptum erat. Et ecce hodie etiam versipelles illi Pharisaeorum discipuli Messiam; iudicem causae delectum à veritate potissimum dilaudant, *Magister scimus quia verax es.*

Quantorum vero malorum causa sunt adulatorum quantumque regnis adferre perniciem solent? Refert Philoponus tubicinem quendam bello captum ad necem postulatum, hostibus pro vitæ conseruatione supplicantem, & illos ad clementiam permouentem dixisse, *Me quid vultis interficere, qui nemini vnquam mortem intuli? hostes vero extemplo respondisse, Nullum quidem manibus tuis occidisti, at alios tubæ clangore ad stragem edendam animasti. Quam vere autem adultores huic tubicini comparari queant, nam linguarum suarum clangoribus, & adulationibus, alijs assentando, ad peccandum incitant & extimulant. Sunt nimirum tubicines bellici, qui ad configendum excitantes, ad vindictam & sanguinem adhorrentes, mille turbas, homicidia & caedes in rebus publicis causantur. Quod allegorice alludens Ecclesiasticus ait, *Tibia & Psalterium suauem faciunt melodiam, & super utraque lingua suavis.**

Adulator tubicini bellico similis.

Eccles. 40.

Assentatio.

Mirabilis
locustæ
proprietas.

Tentationibus igitur resistendum, & locustæ imitandæ, quæ oleo resperâ quamprimum emoriuntur, aceto vero ad vitam redeunt. Ita nostrum est, dum per adulatoria & mellita verba laudamur, superbix & vanitati mori, cum vero per aspera & dura corrigimur, reprehendimur, & taxamur, humilitatem spirare ac Deo viuere. Ad hoc alludebat regius vates dicens, *Corripiet me iustus in misericordia, & increpauit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum*. Id est, iustus aceto me correctionis perfunderet, & vitam hoc mihi conferret: at ubi impius adulationis oleo me vngere inoeperit, quamprimum emori. Quam igitur lene illud oleum periculosum est.

III.
Leuit. 11.

Adulatores
cygno simili-
les.

Magister scimus quia verax es. Immundum censuit olim Deus olorem, idque varias ob causas: at inprimis quod non nisi sub mortem canat, & exequias suas cantu suauissimo prosequatur, è quo elicere possumus, illos à Deo reprobari ac reici, qui ubi reges & magnates morti, id est, peccato, quod animæ mors est, vicinos vident, suauissime cantillant, adulantur, & ad peccandum inuitant. Cyno more siquidem canere est principibus assentiri, & de peccando deliberantes adulatoriis verbis instigare.

Plin. lib. 8.
cap. 56.

Obserua: Plinius pluuiam ac tempestatem portendi & præmonstrari, cum oues; capellæ & hædi petulci per pascua cursitando lasciuunt. Ita quoque dum bestix illæ, parasti inquam & adultores, in regum aulis assentando lasciuunt, euident prognosticon & argumentum est, in magna damna, perniciem, extremum exitium, & virtutum omnium tempestatem regno immittere.

Gen. 50.

Adulatio
nis exem-
plum.

Magnum & notabile adulationis exemplum in extremo Geneleos legere est: Iacob enim Patriarcha defuncto vniuersa Ægyptus in luctu fuit, & bimestri spatio eundem defleuit. In morte autem Iosephi, regni conseruatoris nemo lachrymatus legitur, in quo veram assentatorum imaginem videmus: flebant siquidem Ægyptij in obitu Iacob, quo filij Ioseph qui vniuersi regni habenas moderabatur, gratiam accuparentur: at illum mortuum nemo luxit, quia tunc nullus erat, cui adulari poterant. Quotiam mundus vi-

Tom. 2. Pars Æstiuâ.

der similes, qui parentum funera & exequias magna beneuolentiæ amoris signa ostendendo, stipant, vt filiorum, quos ad honores euectos cernunt gratiam accupentur, at cum hi discesserint, non amplius familiæ, vel parentum recordantur. Adulatio igitur amatrix est, quæ magnos & sublimes colit, humiles autem despicit.

Vetuit in Leuitico, id est omnium cere-
Leu. 12.
moniarum tum in sacrificiis tum in vestibus
seruari solitarum commentario Deus in sa-
cificiis mellis vsu, ab eo sc. tempore adu-
lationem & facatum amorem ab operibus
nostris proscriptum voluit, atque omnibus
actionibus nostris, quæ quodammodo ho-
locausta sunt, quæ Deo nostro offerimus,
mel assentationis eiectum. Nam vt Augu-
stinus tradit, *Plus nocet lingua adulatoris, quàm
manus persecutoris*. Idque ex mente Salomo-
nis, qui longo ante tempore in prouerbiis
scripsit, *Meli. rasunt vulnera diligentis quam o-
scula fraudulenta odiosis*. Exclamo igitur &
adulationem detestandam.

Dauid potro rex non immerito linguam
Lingua a-
adulatoriæ nouaculæ acutæ similem esse di-
dulatores
xit: conqueritur enim de adulatore quodam,
nouacula
*Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua, sicut
nouacula acuta fecisti dolum*. Id est, quemad-
modum nouacula, sine vilo doloris sensu ca-
pitis capillos radit ac refecat: ita improbotum
lingua pèdula & ad assentandum edocta, no-
uaculæ instar clanculo, virtutes omnes &
merita animæ abradit. Ecquanam hæc no-
uacula est, *Magister scimus quia verax es, &
viam Dei in veritate doces*.

O adulationem infandam! Dauid adula-
Adulatio
tores perosus dicebat, quod supra iam alle-
noxia prin-
gauimus, sed aliam eius expositionem affe-
cipibus.
ramus, *corripiet me iustus in misericordia, & in-
crepabit me, oleum autem peccatoris non impin-
guet caput meum*. Ostendere scilicet voluit,
nullam principi aut reipubl. vertici maio-
rem accidere calamitatem posse, quam as-
sentationem. Ipsa namque regum & princi-
pum capita tumoribus & inflationi, id est,
mundi vanitatibus, propter opes & poten-
tiam, magis obnoxia sunt, quam aliorum:
optimum autem aduersus hancce inflatio-
nem remedium est reprehensio: contrarium

Zz vero,

vero, id est, adulatio, illius pestis & ruina.

Vrsi indu-
stria dum
capitis gra-
uedine la-
borat.

Hinc bene dicebat Iulius Cæsar velle se vrsi instar curari: vrsus enim dum grauedine capitis laborat, quæ eum vexat & cruciat, alucaria obambulat, non fauos aut mel comesturus, sed vt apum aculeis compunctus sanguinem emittat, atq; ira vererno illo & grauedine liberetur. Indicare voluit Cæsar, nihil esse aut fingi posse ad principis cerebrum medicandum melius, quam verba aculeata & sanguinem elicere valentia, nihil vero noxium magis aut damnosius quam oleum & mel adulatorum.

Plinij præ-
clara obser-
uatio.

Aiebat item Plinius hoc inter principes reipubl. capita agere adulationem, quod oleum formicis & muscis, quod vbi hæc gustauerint, quamprimum emoriuntur; & vti quor ille his noxius ac mortalis est, non secus etiam principibus adultores.

Malle se aiebant Diogenes & Antisthenes incidere in coraces quæ *νίληκος*, id est adultores. Et non immerito: corui enim non nisi mortuis oculos euellunt, adultores et viuos impetunt & rodunt. Hoc vitio infecti sunt Pharisæi nostri, & simulata quadam hypocrisis & assentando Christo aiunt, *scimus quia verax es.*

Adulatio
noxia in
conciona-
toribus &
religiosis.

Imprimis vero concionatores & verbi diuini præcones dedecet assentatio, quales haud dubie erant hi Pharisæorum discipuli, vt qui virtutum, sanctitatis, & religionis cuiusdam singularis studio se teneri iactabant. Quærit in Cantica cõmentans Gregorius Nyssenus, cur sponsus dilectæ suæ dotes & ornamenta faciei recensens, dentes potius quam labia decantet, quæ natura velut carceris custodes constituit, vt eosdem custodirent: & mox respondet, hoc ideo factum, quod dentes vniuerso corpori cibum masticent, & illis verba pronuncientur: cum vero verba ab ore à dentibus bene instructo proficiuntur, egregia sunt, bene percipiuntur ac laudem merentur: at quæ non nisi è summis descendunt labris, nullo dentium adminiculo efformata, sed in aere solum proeula, inconditum sonum edunt, & ingrata auribus cacophoniam: duo igitur verborum prolatorum genera, alia ex aere & vento constantia, atq; hæc Deo displicent velut edentula: at alia, quæ vniuersum Ecclesiæ corpus sustentat, & à quibus

peccata nostra quodammodo deuorantur, grata auribus accidunt, & dentium adminiculo efformantur. Quo mysterio denotatur, Concionatorem edentulum, & non nisi labronem, id est, quia vitia non coarguit, improbos non castigat, sed peccantibus adulatur, & blandiendo eorum animos demulcet, stolidum & ridiculum esse, atq; hæc omnia Deo displicere. Ideo namq; in Canticis dicitur, *Dentes tui sicut greges consarum qua veniunt de lauacro, & de labiis, Labia tua sicut vitæ coccinea*: è quibus duo, veros illos prædicatores, doctores & pastores esse, quorum lingua peccata coarguit, dentes mordent, & simul ouinam vitæ innocentiam simplicitatemque morum præferunt, & in penitentia lauacro & balneo abluunt; alios vero non nisi lupos esse, quales profecto erant Pharisæi nostri, qui adulando & simulando in pelle ouina, aiunt quam modestissime, *Magister scimus quia verax es*

IV.

O hypocrisis & ementia oratio! Ait Gregorius, ideo vetuisse olim Deum ne vestis à lino & lana simul contexteretur, quod in huiusmodi panno lino vt subtilius quid & tenuius, non appareat, sed lanea filamenta, velut densiora, emineant. Quando autem sub laneo quodam panno, vel gausapina spissiori, voluptas & mollities delitescunt, hypocrisis est, fictum est, & parum sincerum: qualem haud dubie discipuli hi ostendunt, qui spissa quadam lacerna inuti, religionem præferentes, more Pharisæico subtilem & occultam prodicionem hodie sub pallio vitæ reformationis præferunt.

In Marci Evangelio legere est Dominum ficui maledixisse: porro nulla est arbor, quæ maiorem in cottice scabritiem atq; asperitatem præferat, quæ ficulnea, nulla porro dulcior & iucundior interius: in fructibus enim mel, in foliis lac continetur, quo mystice designatum est, illos qui austere viuere videntur, & penitentiam & rigorem exterius ostendunt, intrus vero astus & artes subdolas celant, veros hypocritas esse & fraudem machinari, qui profecto maledictionis fulmine percuti merentur, sunt. n. similes his discipulis, qui hypocritice & simulate Christi laudant, dicentes: *Magister scimus quia verax es &c.*

Loquuntur.

Cur Chris-
tus ficui
maledixe-
rit.

Pharisæorū Loquuntur quidem ore, sed non corde: diuerſas agunt personas, lingua quidem dulcedinem deſtillat, cor autem atrocem proditionem machinatur. Non cogitat enim ea quæ lingua loquitur, vt de illis merito vſurpari queat illud propheticum: *Hic populus labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt à me.* Equis honor & dignitas Chriſto eſt, æquū & iuſtum dici, nec perſonarum ꝑꝑceptorem, ſed æquali omnia lance ponderantem, veracem, concionatorem egregium, tam docte legem Dei & ſancta myſteria docentem, ſed quam procul diſtat cor: Conantur ſiquidem illum capere, vt deinde actionem ei dicant, & ad mortem trahant: lingua encomia depromit, & cor machinatur inſidias.

Polychron.
Iob. 6.

Interpres quidam magni nominis & authoritatis, locum illum Job: *Tigris perit eo, quod non haberet pradam,* quem alij interpretantur: *Myrmicoleon perit,* notat, Eliphaz nomen hoc Job dediffe, vt oſtenderet illum hypocritam, atque omnem vitæ illius rationem & ſanctitatem nonniſi meram ſimulationem & hypocriſin eſſe, quod ſcil. interne nulla virtus ſolida contineretur, ſed ſucata quædam virtutis ſpecies forniſecus appareret. Notandum autem Myrmicoleonata, animal quoddam eſſe è formica & leone compoſitum. Innuere igitur vult Eliphaz, opera Jobi, quamuis exterius ſplendida & ſingularia apparerent, interius tamen nulla fuiſſe, nec ſincera, hominum quidem iudicio leoniua, ſed diuino & ex rei veritate inſtar formicæ exigua.

Gam. de ani.
ma ſac. ſcrip.
Iob. 3.

Tradunt nonnulli, reipſa ſe comperiſſe, ſerpentem ſi quis manum dexteram cauernæ ingerat, nullum damnum aut læſionem afferre, ſed ſi ſiniſtram, quamprimum cubilibus proſilire. Atque huius rei hanc rationem tradunt, quod ſerpens virus ſuum ad cor transmittere geſtiat, huius in ſiniſtra venæ ſunt & arteriæ, vt corde ſaucio hominē enecet. Atque hoc modo exponere conati ſunt nonnulli ſententiam illam Eccleſiaſtici: *Cor ſapientis in dextera illius, & cor ſtulti in ſiniſtra illius.* Cotigitur & lingua ſibi mutuo reſpōdeant: interius & exterius inter ſe conueniant: verba & conceptus eidem imponantur altati, & Deo vno ſodomq; ſacrificio offerantur.

Eccl. 10.

Atque idcirco voluit olim Deus offerri ſibi ex omnib. victimis humeros & pectusculum, quorum altero opera, altera cor denotatur & intentio: atq; duo hæc Deo offerenda. Quo etiam trahere poſſumus verba illa ſponſi: *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum.* Opera enim & intentiones ſibi petit Deus, & offerri ſibi ambo deſiderat.

Mirum, quod de Julio Cæſare & Ælio Perſinace refert Pierius Valerianus: ſcilicet, victimas quas diis immolabant corde caruiſſe: quo prodigio perterriti ſacrificuli conſultare augures, & dictum fuit, ſacrificium hoc nullum eſſe, vita carere, diisq; diſplicere. Sed relicta Gentili hac ſuperſtitione, Chriſtiane dico, omnia opera, quæ Deo offerimus, ſi corde careant, irrita eſſe & euania, & nonniſi meram ſuperſtitionem.

Quare non errauit, meo iudicio, qui verſe hypocriſeos emblema ac ſymbolum eſſe dixit Cynocephalon, qui lunam adoraret, & hanc epigraphen addidit: *Aliud in peſtore geſtat;* quod hoc animal, lunam cum adoraret, efferat, & tabie tumet. Talis autem reuera hypocrita eſt, qui Deum adorare ſe fingens, animum ſuperbia, vanitate, proditione, & aſtu oppletum gerit. Annon ad oculū hoc in diſcipulis hiſ Phariſæicis apparet, qui verbotenus tantum Saluatori honorem exhibent, ſed corde dolos & fraudes machinantur?

Magiſter ſcimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces; quod vita tua inculpata ſit & innocens, quod in veritate docēda ſincerus, & in verbis tuis veraciſſimus, neve vnquam aliquis tanta veritate & fide vias Dei docuit, quanta tu edoces. Triplicem illo veritatem dilaudant, primo vitæ veritatem & ſinceritatem, *quia verax es;* quaſi dicerent, vita tua non eſt hypocriſis, nec ſucata ſimulatio, ſed qualis intus, talem etiam foris te exhibes. Secundo doctrinæ, *Viam Dei in veritate doces.* Neque enim hæreticus es, non pseudo-propheta, ſed vera doces & ſincera, ac purum Dei verbum. Cui veritati innixus Dominus apud Joannem ait: *Si veritatē dico vobis, quare non creditis?* Tertio iuſtiæ & æquitatis: *Non eſt tibi cura de aliquo.* Ad ſolos Dei filios ſpectat, inquit, neminem præferre nullas

opiniones veræ religioni repugnantes asserere, nec fucum & hypocrisin in vitæ ratione præcedente. Laudem igitur meretur, qui triplicem hanc veritatem in sese continent, qui peccatoribus iustos se exhibent peccata eorum remittendo, doctrinam Catholicam docent concionando, quiq; ita vitam instituunt, nullam vtfucum faciant. *Magister scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces.* Veritatem dicitis Pharisei, quantumuis nesciatis, melius loquimini quam fortasse putetis. Vere enim Christus Dominus viam Dei in veritate docuit. Docuit quidem Aristot. vias naturæ, Mahometus viam Saranæ: at solus Christus viam Dei, & quidem in veritate. Docuit eadē & Moyses, non nisi in figura, omnia namque in figura contingebant illis: at Dei filius in veritate. Cæteri non nisi fabulas; vnde Propheta: *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua.* Verum solus Messias veritatis scopum tetigit, & Zerobabelis instar veritatem dixisse inuentus est, & palmam proinde retulisse, solus ipse inter cæteros mortales verax & verus dici meruit. De omnibus enim ingenere hominibus, sine vlla profus exceptione dixere Propheta: *Omnis homo mendax;* at de homine illo simul & Deo singulari quodam privilegio dictum est: *Scimus quia verax es,* scimus, inquam, testimonio celesti confirmati, & verbis à Patre æterno prolatis innixi: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit,* quemque vobis vt doctorem & magistrum dedi, *ipsum audite,* aures ei præbete, verbis illius auscitate, neq; enim vos decipiet, nullam vos falsitatem edocebit, nam verax est.

Scimus, inquiunt, è lege nostra in hac enim legimus, Messiam non fore Pseudopphetam: scimus è sacris literis, scriptum enim est, illum qui ad redimendum Israel venturus est, lumen & solem mundi futurum. Atq; lumen veritatis est, symbolum, & tenebræ mendaciæ. Nos vero scimus è nostra Theologia: docet illa namque Redemptorem orbis futurum Dei filium: filius autem Dei æqualis & pater Patri, & cum Patrem mendaciæ coarguere nemo possit, sequitur etiam filiū veracem fore. Scimus deniq; è fide nostra: nā lux illa supernaturalis ostendit & do-

Psal. 118.

3. E/dr. 3.

cet Saluatorem mundi sine vlla ignorantia & peccato futurum. Cæterum mendacium peccari soboles est, & ignorantia appèdix. Quāobrem bene se Redemptor noster veritatem esse dixit: *Ego sum via, veritas & vita:* non veracem modo se esse ait, sed veritatem ipsam. Quo nomine illi adulantes Pharisei, & fucū suum palliantes, verbaque subdola speciose veritatis prætextu ornantes, perere præsumunt: *Licet ne censum dare Cæsari, vel non?*

Id est, Dic nobis Magister, tu qui veritatem nosti, nec errare in iudicando potes, licetne censum dari Cæsari? Anne fas est, Gentili & infideli principi sine vilo cōscientiæ scrupulo & noxa triburum pendere? hanc quæstionem ac difficultatem dissolue, & omnes nos ac patriam vniuersam singulari quadam ratione tibi deuinxeris. Plurimos hodie hypocritis hisce similes reperire est, qui confessarios & viros peritiores interdum de casibus consulunt, sine vilo tamen præuæ consuetudinis deferendæ proposito, sed, vt hac ratione de salute videantur solliciti, & sanctioris opinionem vitæ apud illos nanciscantur, & clanculo in suis sceleribus perseuerent. In quo scelestum Regem Achab imitantur, qui Michæam Prophetam consuluit, non vt bellū, quod iam Dei iniussu inierat, seponeret aut relinqueret, sed, q̄ speraret Michæam, se in suā opinionē posse pertrahere, suorumq; nefatiorum moliminum participem habere.

Consultores hos, & sanctorum consiliorum indagatores: vitiiis tamē valedicere detrectantes, similes item censeo Samaritis, qui quamuis Sacerdotem Leuiticæ stirpis postularent, qui Legem Dei, & sacrificandi ritum edoceret, idola tamen sua & falsarios sacrificandi ritus deserere noluerunt. Quotnam hodierna die his similes reperire est, qui supplices, sed subdole confessariorum pedibus se aduoluunt, consilium petentes, firmo tamen intrinsecus concepto proposito, idolorum, id est, scelerum, auaritiæ, luxuriæ, aliorumq; sexcentorum, non deserendorum. Sed Pharisaicum hoc est, & hosce discipulos imitari, qui veritatem quoad tributi solutionem inquirunt, aliud tamen mente volunt. Jam vero videamus, quidnam responderit Dominus, quomodo cōsiliū & diffi-

Hypocritis eorum, qui confessarios consulunt, & vitiiis nolunt valedicere.

3. Reg. 12.

4. Reg. 7.

diffi-

culatam resolverit, quod in secundam con-
cionis partem referuauit; *Reddite, qua sunt Ce-
saris, Cesari; & qua sunt Dei, Deo.* O diuinum
consilium! cui par nullum vnquam a quo-
quam mortalium datum fuit!

Euangelij
expolitio.

Hypocritae igitur postquam quaestionem
propoluissent Dominus eorum nequitia per-
specta, & simulatione patefacta, petiit nu-
mismam censuram. quod ubi accepit, rogauit:
Cuius est imago haec & superscriptio? qui con-
festim responderunt: *Cesaris.* Quare scite
conclufit Christus: *Reddite ergo, qua sunt Ce-
saris, Cesari; & qua sunt Dei, Deo.* Hanc Euan-
gelij seriem examinemus, nostramque para-
phrasin proponamus.

V.
Valor de-
narij Ro-
mani.

Obtulerunt ei denarium. Eiusdem valoris
apud Romanos denarius erat, cuius apud
Graecos drachma Attica, cuius hodierna die
regalis Hispanicus argenteus, vel quinq; so-
lidi, phrafi Gallica: habebat porro Caesaris
inscriptam imaginem, uti apud nos nummi
figuram regis aut principis. Vt autem mora-
liter hoc interpreter, dico mundum Cesa-
rem quandam esse & tyrannum, qui denarij
quosdam genus habet sua cufum imagine &
superscriptione: qui decem in se categorias
Aristotelicas complectitur, substantiam vi-
delicet, quantitatem, qualitatem, relatio-
nem, actionem, & passionem, &c. Ecquid ille
denarius? atque omnia haec mundi imaginem
& superscriptionem continent. De substantia
siquidem in Psalmis habetur, *Scrutatus
fenerator cunam substantiam eius.* Et in Euan-
gelio: *Disspauit omnem substantiam suam.* Et
in Epistolis suis Ioannes: *Qui habuerit mundi
substantiam* In mundo reperitur & quantitas,
terra namque est Martha, *que turbatur circa
plurima:* vnitas porro in caelo habebitur, *Por-
ro vnus est necessarius.* Porro quantitas du-
plex est, alia continua, alia discreta, atq; in
vtraq; mundi imago reperitur. hic enim labo-
rum longitudo, aerumnarum latitudo, dolo-
rum profunditas, & sola nudaq; bonorum
superficies.

Gen. 13.

Figurare hoc Abrahae Patriarchae dictum
fuit, quando ab eo Loth se suaq; segregaret:
*Surge ergo & perambula terram in longitudine
& in latitudine quia tibi daturus sum eam.* His
omnibus continua quaedam quantitas de-

notatur: quoad discretam & numerum et-
iam mundus exempla dabit; vide Job: *Ho-
mo natus de muliere, breui viuans tempore, reple-
tur multis miseriis.*

Qualitas etiam, Relatio, Actio & Passio, Categoriae
Vbi, Situs, Habere in mundi imagine & su-
perscriptione reperuntur, quae omnia tandem
mundo reddi debent. Qualitas enim sunt di-
uinitas, honores, dignitates, voluptates, vani-
tates. Relata sunt domini ac serui, tyranni & Relata.
plebecula, creditores ac debitores, patres & Passio.
filij. Tot mala, aerumnae, incommoda, calami-
tates, inquietudines, calidum, frigidum, fa-
mes, denique mors Passiones sunt. Tot su-
dores, tot negotia, sollicitudines, corporis su-
stentatio, filiorum educatio, coniugale debi-
tum, vitae conservatio, diuitiarum suarum
iactantia, & status conservatio. O actiones!
perpetuo in carcere esse: semper in conflictu
agere, semper in bello viuere, aut ipsum cer-
uicibus semper impendens habere, malis o-
mnibus expositum esse, in miseriarum thea-
tro, in valle lachrymarum, in cloaca publica
& omnium malorum colluue agere, in loco
habitare, vbi nulla pax, nulla requies, nulla
securitas, vndiquaq; incommoda, mille dis-
criminibus obnoxio, vndique peritio & pa-
renti, tam intus quam foris, tam in agris quam
domi vexato, loco deniq; in quo certum est
vitam aliquando amittendam. Quam fune-
stum ac reticum *Vbi!* Modo decumbere ve-
speri, & mane surgere, cubare sine somno, a-
nimo negotiis turbato, cerebro operibus di-
uiniis vexato, mente ab ambitione discrucia-
ta, corde a prauis affectibus transuersum a-
cto, conscientia sexcentis interius aculeis
compuncta: surgere vero ad sibi, reip. mun-
da deniq; vniverso laborandum, cubare de-
inde in lecto, corpore febribus aestuanti, a
podagra diuexato, morbis oppresso, noctes
& dies clamitando, & mortem ad singula
momenta expectando, vitamque ipsam de-
testando, an non illatibilis situs & amatus: **Habere.**
Habere denique tot in hoc mundo mala ac
morbos, in pedibus podagram, in capite he-
migraniam, in oculis lippitudinem, anginam
in gutture, inflammationem in hepate, in
corde palpitationem, oppilationem in sple-
ne, dolores iliorum, & morbos totum corpus
Zz 3. diue-

diuexantes: habere in capite anxietates, curas in animo, lites domi, foris hostes, parum pecuniae in arca, liberorum multitudinem, bellum domesticum & intestinum apud se, & apud alios inuidiam, quam miserum habere est? O categorias amaras! ô denarium exigui valoris, ac ponderis.

Anima denarius regius est.

Obtulerunt ei denarium. Est & aliud denarii genus longe nobilius, cui Dei Opt. Max. summi illius Regis imago insculpta est, anima scilicet. Dicitur autem *denarius*, quod quinque sensus interiores, & eorundem exteriorum habeat, qui simul denarium numerum constituunt: vel quod post nouem angelorum ordines ipsa omnium postrema sit condita, atque ita quodammodo ipsa decimus sit: vel etiam quod decem Decalogi praeceptorum obseruatione astricta sit. Sed potius quod dono vere gratuito septem Ecclesiae Sacramenta & tres Theologicas virtutes coelitus acceperit. O denarium vere regium, aureum, & diuinum, Dei & regis sui imagine insignitum! Ita nempe culus est in ipso creationis opere. audiamus enim, ut de illo loquantur summi illi artifices & monetæ conflandæ præfecti, *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, id est, diuinam, sit talis quales nos sumus, adeo, ut natura nostra exemplar sit at prototypum, iuxta quâ homo efformetur. Vel loquendo de imagine creata, quæ in homine reperitur, dixere: *faciamus hominem*. ita nobis similem, ut nostra quodammodo imago sit, nostrum in mortali corpore naturam, potentiam, sapientiam, providentiam cæteraque essentiae nostræ attributa in terra representans.

VI. *Gen. I.*
Colof. I.
Heb. I.
Rom. 8.
Lib. 7. c. 6.

Sed notandum hic est, varios interpretes varia, quoad hanc Dei imaginem attulisse. Putat Origenes, & alij non nisi per hanc Dei imaginem intelligi debere filium Dei, quem Paulus & Colossenses, *Imaginem Dei inuisibilis*, & ad Hebræos: *Figuram substantie Patris* inter diuinas personas filio attribuitur. Dicere volunt igitur, hominem ad filij Dei imaginem conditum esse, innixi potissimum verbis Apostoli ad Romanos scribentis: *Deus electos prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui*. Sed aduersatur huic opinioni Augusti-

nus, eamque in libro de SS. Trinitate acriter oppugnat.

II. Altera opinio à Glossa refertur in Carena quam edidit Lipomanus in Genesin, dicens: ab omni æternitate in sanctissimo trium harum personarum diuinarum consistorio decretum fuisse, verbum ut æternum tempore suo naturam humanam in personæ unitate, & unione quadam hypostatica assumeret, & ad imaginem & similitudinem humanæ naturæ, quam Dei filius suscepturus esset, primum hominem formatum fuisse. Sed refellitur hæc sententia, quod nusquam è sacris litteris stabiliri queat: ac illæ pluribus in locis ostendant, verbum diuinum hominis similitudinem assumpsisse: ut illo ad Roman. 8. *Misit Deus filium suum in similitudinem carnis Rom. 8. peccati, & alio, formam serui accipiens, & habitu Phil. 2. inuentus ut homo.*

III. Tertia Eugubini est in Cosmopœia & Oleari in hunc locum, qui credunt, Deum, ut hominem cõderet, quo familiarius cum eodem ageret, & humano ei more loqui posset, humanam formam assumpsisse, atque ideo dictum esse: *Faciamus hominem ad imaginem nostram*. Sed opinio hæc tum noua est, tum inepta & penitus absurda. Cum certum sit, ut & omnes Theologi cõfiterentur, omnes, quas in veteri testamento factas hominibus apparitiones legimus, immediate ab Angelis factas esse. Adeo, ut, qui in illis apparerent & loquerentur, meri essent Angeli, qui diuinam maiestatem, authoritatem, voluntatem & verba representarent.

Multo igitur melius cum doctis Abulensi dixerit hominẽ ad Dei imaginem factum intelligi, quæ quemadmodum Deus vniuersum replet mundum, ita ab anima impleatur corpus; & ut Deus vniuerso præsidet & præest, ita anima corpori. Dico itaque, cum Basilio in Homil. 10. in Genes. Grego. Nysseno lib. de hominis creatione, Chrystost. in hunc Genesios locum, hominem idcirco ad Dei imaginem factum dici, quod quemadmodum Deus excelsit in omnibus, & vbiuis locorum, & in omnia dominium obrinet, ita homo mundi eminentia, naturæ miraculum, totius vniuersi perfectio dicatur, & domini instar & regis omnibus imperet, de quo scriptum est: *Omnia subiiciantur*

Quomodo homo ad Dei imaginem conditus.

Psal. 8. sub

sub pedibus eius. Non dicitur, vt hoc obiter admoneam, *subiecisti sub oculis*, vt cupiditates & desideria excludat, quæ oculi interdum accendunt; non *subiecisti, sub manibus*, vt auaritiâ detestetur, quæ in manibus solet consistere. Sed *omnia subiecisti, sub pedibus eius*, vt ostendat, generose & heroice omnia mundi bona deliciasq; nobis esse contemnendas.

Lib. de quâr. Ad propositum postliminio reuertor, & anima ca. 2. cum Augustino assero in hoc animam crea-

Lib. de Trin. toris sui imaginem referre, eiusq; similitudinem exprimere quod immortalis sit & indissolubilis, & Dei instar vnica, vel; vt alibi ait, quod seipsam cognoscat, cognoscentiq; Verbum quoddam intelligibile in animo producat, quod seipsum exprimit, atq; hinc nascitur amor: quod egregie declarat duas illas processiones æternas in diuinitate, vnam filij in modum verbi intelligibilis, alteram Spiritus sancti adinstar amoris, & cum in homine reperitur, quicquid in Deo reperitur, & item in hominis anima, bene ergo dicimus hominem ad Dei imaginem conditum esse.

Lib. 1. de or-
thod. fid. cap.
12. Adhæc cum Damasceno dico, hominem æterno propterea similem vocari, & Dei similitudinem in anima gerere dici, quod ipsa spiritalis sit, quod libero donata arbitrio, quia per se potestativa. Cû Faustino deinde, sexupliciter animam Deo similem dici, quod immobilis sit, lenissima, inuisibilis, incorporea, subtilis, æterna; quæ qualitates in solo Deo reperiuntur.

Authoris opinio. Equidem denique post omnes, Theologice & Philosophice, dico animam denarium Euangelium esse, regis sui & Dei imagine signatum, eique similem existere, quod homo iuxta naturæ suæ compositionem, ad primum naturæ gradum pertingat, gradum inquam Deo proprium & regium, in quo scilicet ipsa commoratur diuinitas, quod essentiam habeat ratione insignitam, voluntate liberam, & intelligentiæ capacem. Porro quatuor in rerum natura reperiuntur genera, ad quæ creata omnia referuntur. Sunt enim quadam, quæ non nisi Esse habent, qualia sunt lapides & metalla; alia etiam vitam, vt germina, plantæ; alia quid amplius nacta sunt, motum scilicet & sensum, vt

animalia, alia deniq; plus omnibus habent, & ad summum perfectionis gradum euecta sunt, quæ intellectum, rationem, sapientiam habent, quo in gradu ipse Deus, Angeli & homo; eo tamen discrimine, quod quamuis Deus & homo in eodem sint gradu, inæquales tamen sint, nec eiusdem prorsus conditionis: magna quippe propter hominis & Dei perfectiones inter infinita est distantia & discrimen.

Ceterum excellens ille & admirabilis naturæ intelligibilis gradus sex in se completitur proprietates, quæ ei connaturales sunt, & necessario inter se coniunctæ, quæ ad vnum omnes in anima reperiuntur, prima, quod incorporea & indiuidua; deinde, quod immortalis; tertio, quod intellectu, voluntate & memoria donata; quarto, quod in omnibus actionibus libera sit, & libero ornata arbitrio; quinto, quod sapientiæ, virtutis, gratiæ, æternæque felicitatis capax; sexto, quod ceteris animalibus non modo dignitate præstet, sed absolute etiam ipsdem dominetur. Homo igitur, quacunque tandem parte respicias Deo suo similis est, & denarij instar imaginem & epigraphen regis sui præfert.

Rursum hominem ad Dei imaginem factum credo, quod sicut omnia eminenter & causaliter in Deo reperiuntur, ita participatiue vicissim in homine: Esse namque commune habet cum lapidibus, viuere cum plantis, sentire cum brutis, intelligere denique cum Deo & Angelis. Quamobrem non in-

scite dixit Aristoteles, animam nostram esse quodammodo omnia, tum quod intelligibili sua potentia capax sit omnia cognoscere, tum vero quod in se virtualiter & formaliter omnia contineantur. O igitur imaginem excellentem & diuinam! ô denarium magni pretij ac valoris! ô nummum cœlestem penitus & admirandum!

Gerit hic nummus regis sui imaginem. Vide hic statuam regis Nabuchodonosoris ad illius similitudinem expressam, statuam quippe ille erigi iussit sibi per omnia similem, caput habentem aureum, & pedes luteos, in qua verû hominis symbolum & hieroglyphicum video, quæ Deus ad imaginem

Naturæ intelligibilis gradus sex in se continet proprietates.

Lib. 3. de An-
im.

DAN. 2.

fram.

suam condidit, quo ab omnibus creaturis coleretur & adoraretur. caput ei dedit aureum: ecce animæ immortalitatem & rationem & intellectum; & pedes terreo; ecce mortem corporis & naturæ illius fragilitatem, at omnia ad imaginem & similitudinem creatoris expressa sunt.

Luc. 16.

Denarius hic regius quidam nummus est & infiniti pretii: est quoque forsitan drachma illa Evangelica, quam perditam euerit a domo & accensa lucerna mulier querit donec inueniat. Cum enim homo seipsum amisisset, mulier illa cœlestis, sapientia inquam æterna, amoris sui faciem accendit, quadrata mutauit rotundis, omnia uel loco mouit, ut hanc quæreret. Vnde colligere est infiniti illam pretij fuisse, cum tantam in quærendo diligentiam adhibere opus fuerit. Sed inspiciamus imaginem illius, quam & Christus inspicit, & petit à discipulis & legatis, *Cuius est hac imago?*

Tria imaginis genera in sacris literis.

Gen. 2.
Sap. 2.
Ierem. 2.
Apoc. 13. 14.

Triplicem in sacris literis imaginem notat, Dei, mortis, & diaboli, quæ priores homini utiles sunt & commodum afferunt, tertia nocet & obest, de prima in Genesi, & sapientia scriptum est; de secunda in Ieremias *Qui traiecit nos per desertum, per terram habitabilem Sinuiam, per terram sitis & imaginem mortis.* De tertio in Apocalyp. *ut faciant imaginem bestia, quæ habet plagam gladii.* Et capite sequenti *si quis adorauerit bestiam, & acceperit characterem in fronte sua aut in manu sua.* Primam condidit Deus, secundam peccatum inuexit, in tertiam diabolus eam nequiter conuertit. Prima est supernaturalis, secunda naturæ illius conformis, tertia contra naturam. Prima cœlo debetur; secunda vermibus addicta est; tertia ad tartaros deturbatur. Prima Dei filium constituit, altera bestiarum socium, tertia dæmonibus similem. Heu quæ imagines, quæ ectypa? ecquod inter illa discrimen?

Imago Dei hominem nobilem.

Dei imago hominem nobilem, magnumque ei honorem adfert; nam ut Ioseph, quod regis annulos, sigilla, insigniaque gestaret, ab Ægyptiis honoribus affectus fuit; ita homo Dei sui imaginem & insignia gestans timeatur, & honoratur ab omnibus mundi creaturis.

At mortis imago hominem humiliat, mûdi ei contemptum ingerit, eiq; suggerit, suæ conditionis mortalis ut recorderetur. Hinc Ægyptii in epulis publicis cranium circumferre uel ferculum solebant, ut omnes oculis in ipsum coniectis, fragilitatis & conditionis suæ mortalis reminiscerentur, nec ita delictis & voluptatibus transuersim abriperentur suæ ut mortis obliuiscerentur. Laudabilis profecto consuetudo, ut & mortis memoria utilis. Tales tibi imagines depinge superbe, talia ob oculos habe exemplaria & sane, mortem si diligenter respexeris & attenderis, nunquam superbes.

Gen. 41.
Imago mortis hominem humiliat.

At imago diaboli, horribilis quædam & tetra figura est, ectypon terribile, damnationis sigillum, & iter ad tartaros: est imago bestia illius Apocalypseo, septicipitis & decem armata cornibus, quæ omnes, character suo insignitos deuorauit & destruxit. O tristes imagines! atque infelices illos, qui easdem gestant! Quotnam autem hodie inter Christianos reperire est, qui amissa Dei imagine, diaboli circumferunt, & è templo spiritus sancti, quod est cor, diaboli synagogam constituunt. Sed euerrendæ & eradendæ sunt eiusmodi imagines.

Imago diaboli.
Apoc. 13.

Athalia regina cum interfecta esset, & pax Deum inter & populum coaluisset, dicitur uniuersus populus fanum Baal ingressus, eiusque aras euerisse, & imagines eius conculcatas comminuisse. Allegorice dicendum, animam peccatis inquinatam profanum Baalis templum esse; aram, ipsum cor; peccata uero, imagines ibidem erectas, sed comminuendæ illæ sunt & conterendæ. Carne igitur semel emortua & concupiscentia feminis illa regii iugularice extincta, & per pœnitentiam fœdere cum Deo inito, animam tuam inspiciens, tibi ipsi dicit: *Cuius est hac imago?*

4. Reg. 1.

Duplex in te imago est Christiane, una iã inde ab exordio creationis tuæ, de qua dictum est, *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*; altera ab ipso baptismo, in quo Character animæ imprimitur, ut hinc scilicet appareat, Dei te totum esse & ad illum spectare. Pictor aliquis cum elegantem imaginem pinxit, quo nomen suum ad posteros

Gen. 1.
Duplex in homine Dei imago. Simile.

Lib. 3

posteris transmissum immortale reddat, nomen suum & symbolum supponere solet: quin & inter sculptores vsus iam & mos obtinuit vt statuarum pedi & basi nomen suum inscribant, *Talis est talis faciebat.* Magnus ille totius vniuersi pictor & opifex, qui tot praeclara opera in rerum natura condidit, postquam hominem creasset, velut omnium operum suorum primum & excellentissimum, & omnibus patefacere hominibus velle, esse se tam elegantis operis auctorem & inventorem, nomen, imaginem, & insignia sua illi insculpsit. atque vt sciamus ipsam esse tanti operis auctorem, se penumero a nobis petit, *Cuius est hac imago?*

Considera Ecclesiastice & sacerdos cum albis te cirtiones circa cum datum ornamentis contemplaris, ornamentis sacerdotibus indutum, rochetto, superpelliceo: quibus te insignibus, coloribus, qua imagine credis ornatum? Dei profecto, cui te obligatum esse omnia haec demonstrant. Tu autem religiose, monasteriorum incola, coenobiorum cuius, solitudinis inquiline, cum vestem illam monachalem defers, capitium, cucullum, & scapulare: cuius te imaginem gerere credis? Dei crede, non mundi, nam qui mollibus vestiatur, in domibus regum sunt Redde igitur quae sunt Caesaris, Caesari: & quae Dei sunt, Deo. redde illi vitam quam professus es, vota illa, quibus te astrinxisti, humilitatis, paupertatis, castitatis & obedientiae.

Lib. 3. c. 5. Cui Scipio, vt Valerius refert, Magni Africani filius a paterna virtute, & bellica gloria degenerans annulum gestare solebat, in quo Africani caput sculptum erat: hic igitur Praeturae petitor cum eandem togam turpitudinis maculis obsolefactam in campum deculisset, pene repulsam passus est. Sed cum tamen deinde eam propinqui ab eo pollui animaduertent, id egerunt, ne aut sellam ponere aut ius dicere auderet.

Insuper e manu eius annulum, quem diximus, patris sui imagine insignitum, detraxerunt, quam & motu turpitudine & vitae sordibus dedecorabat. Heu, magni haud dubie omnes Christianam nobilitatem facimus, iactamus eos, quod filii Dei sumus, eiusque imaginem animae insculptam geramus; sed

Tom. 2. Pars 2. A. Bina.

quid emolumentum imago haec afferet, cum prauis eam operibus inquinemus: cum vitae & morum dedecore nomen hoc commaculemus. Quoniam pro dolor! sunt, quibus eadem aufertur & adimi deberet, quod eadem se indignos praestent? quos eomminationem illam propheticam metuere par esse dicentem, *Ad nihilum rediges imaginem ipsorum,* & Paulinam illam exhortationem animo imprimere, *Sicut porci auimus imaginem terreni, portemus & caelestis.* Psal. 72. 1. Cor. 12.

Atque haec forsitan est ratio, cur Romanorum filij loco torquium & moniliū bullas e collo adolescentiae tempore suspensas gestarent: bullas inquam cordis imaginem praferentes, quibus parentum insculpta erat imago, vt hac conspecta patrem gloriam amularentur.

Ita Deus, magnus ille & aeternus pater, voluit, iam inde a natiuitate, non e collo suspensam sed in esse nostro & essentia, affixam diuinitatis suae imaginem gestari: sed nos eandem destruimus, delemus, corrumpimus & vittorum fuligine denigramus.

Taias populo suo pudorem inculturus ait, *Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Isai. 51. Saram qua vos peperit.* Id est, cum tantopere vos effertis, quod patrem habeatis Abraham, & Saram matrem, & illorum imaginem fronti vestrae insculptam velut legitimi filij gestetis, efficit, vt iis, & virtutibus & moribus & honestis probisq; actionibus similes reddamini. Eodem argumento vsus est Christus, cum Iudaeos genus suum & progeniem iactantes, coarguit dicens: *Si filii Abrahae estis, Ioan. 8. opera Abrahae facite:* quasi diceret, nihil est, filios parentum imagines fronte praeferre, nisi & illorum merita, virtutes & heroica facta imitentur. Equum scilicet filios patrum amulatores existere: quid enim mihi profuerit patrem habuisse sanctissimum, si ipse diabolo sim nequior?

Quo loco in Canticis legimus, *Murannulus aureus faciemus tibi vermicu atas argenteo:* in Hebraeo legitur, *imagines masculinas faciemus tibi cum signatibus argenteis.* Id est, seruu tibi sponsa, pretiosum quoddam monile inaurium tuatum ornamentum, murannulus scilicet aureus, atque illas non aquilarum, cordium, manuum, sed imaginum masculinarum

Filij parentum virtutem imitentur. Cant. 1.

rum figuras exprimentes, & eas argento vermiculatas. Sensus est, iam non amplius, vt soles, mundi negotiis intentas & profanas voluptates consecratis, ita namq; aures tuas renouabo, vt aliud nihil in posterum auditura sis, quam sanctos illos Patriarchas & reges, vt audiendo vitam imiteris & merita. Vel aliter, cum aliarum more mulierum mundi & bestiarum imagines gestare soleas, efficiam vt post hac veras viutorum imagines gestes, vt in corde muliebri cor geras muliebri, vt non delicate & molliter vius mulieris instar, sed virtutibus virili quodam robore & mascula constantia, viri instar, vitam adornes.

Cuius est hac imago? Ezechiel Propheta Israelci excidium & exterminium prædicens, & cladem comminans mulierum taxat potissimum dissolutiones, quod scilicet ex monilibus & torquibus luxu quodam inaudito & peregrino, lasciuas, lubricas & abominandas fecerint imagines, *Et ornamenta monilium suorum in superbiam posuerunt, & imagines abominationum suarum & simulacrorum fecerunt ex eo.* Sensus litteralis est, Tantum abest, vt mulieres aurum suum templo obtulerint, ex quo imagines sacrae constarentur, vt alias quasdam lasciuas ex eodem efformarint. Allegoricus vero denotat, deplorandum esse tot homines reperiri qui obrizum illud purum diuinæ imaginis, quæ illis innata & agnata est, quæquæ illis non mediocriter adfert ornamentum, aurum in bestiales, diabolicas & abominandas imagines, id est, peccata conuertunt. De quibus merito dici queat Apostolorum illud, sed non sine lachrymis, *Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum & quadrupedum & serpentum.* Sed Deus bone, cuius est hac imago?

Ezech. 7.

2. Reg. 5. 5.
Idolum
Dagon de-
iectum ab
arca fœde-
ris.

Ezech. 8.

In fano Philistæorum, Dagonis & veri Dei imago, id est, arca fœderis pariter consistere non potuit: quo denotatur, in cordis nostri arca, in qua iam deinde ab initio Dei imago collocata fuit, id est, mundi & Satanæ, imaginem, id est, vitia & peccata collocari non debere: nam vna non fert alteram, quarum vnâ si adoraueris, alteram adorare non poteris.

Deus Ezechieli ostendere cum vellet ab-

ominandam Israelitarum & præsertim sacerdotum, idololatriam, Ierosolymâ illum deduxit, abominaciones pessimas, vt aiebat, ostensurus: murum templi illi perfringere iussit & facto hiato introspicere: quomobrem Propheta ait: *Et ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium, abominatio, & vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete, in circuitu, per totum.* Mirum profecto, in loco adeo sancto, in quo antea, vbique per omnes parietes apparuerat imago Dei, iam nullam omnino apparere, sed abominandas bestiarum, & animalium, & idolorum imagines conspici. O arcana mysteria! Qui maiores etiam deteriores abominaciones conspici voluerit, cor suum aperiat, animæ templum inspiciat, & si modo oculos aperuerit & rationem intenderit, nil nisi idola, vitia, abominaciones in eodem conspiciet, & vbi sola Dei viui imago conspici deberet, quæ nimirum iam inde ab initio, ibidem erecta fuit, illic non nisi bestiarum, prauorum affectuum, desideriorum, sensualitatum, vanitatum, idololatriæ simulacra apparent.

Cuius est hac imago? Non ait, *Cuius sunt imagines:* Nam non nisi vnum credimus Deum esse, cuius imaginem gerimus: non nisi vnâ habemus fidem, quæ etiam vnicam esse docet Ecclesiam, non nisi vnum agnoscimus regem, vt & solem fidera.

Cuius est hac imago? Magnus ille & æternus pictor non nisi duas vnquam effo. maui imagines, sed adeo elegantes, scitias, & admirabiles, nihil vt ad perfectionem illarum requiratur. Prima est, filius ipsius vnigenitus, Verbum illud æternum, quam egregia porro hæc imago est: quam diuina tabella! de qua Apostolus ait. *Imago Dei inuisibilis, & alibi, Et figura substantiæ Patris.* Altera ipse homo est, de qua Gen. 1. *Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostram.* Ipla quidem cōpendium & quodāmodo Epitome est magnæ illius tabulæ, quæ mundus, ac imago adeo scitæ & elegans, vt ipsum etiam cœlum eadem gaudeat, & magnus ille Deus semper illā ob oculos habere desideret: quā ipsi venerantur Angeli, horrent dæmones, & creaturæ in mundi huius templo honorant: imago denique, in quā cœlestis ille Apelles omnia viuorum

Rom. 8.

rum

rum colorum lumina adhibuit & ornamento, ipsum esse lapidum, viuere plantarum, sentire bestiarum, intelligere Angelorum

Cuius igitur hac imago est?

Homini Ex primo imaginis intuitu, prototypo notitia ad quamprimum agnoscunt artifices: ita quoque Dei notitia ex primo hominis aspectu quamprimum patet, Deum illius prototypo & exemplar esse: & quamuis cetera etiam creaturae ad Conditoris cognitionem pertrahunt & alliciant, solius tamen hominis contemplatio & attentior consideratio, qui ad imaginem diuinae illius essentiae expressus est, imprimis & praeter ceteris ad Dei essentiam cognoscendam inducit. Atque hinc crediderim Deum, cum mundo se vellet patefacere, hominis semper forma apparuisse. In Daniele quippe legere est: *Ecce vir vnus vestitus lneis. Et ren seius accincte auro obrizo; Et Apoc. 1. Et in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis vestitum podere, & praecinctum mamillis zona aurea.* Idcirco bene olim Dominus Philippo dixit: *Philippe, qui videt me, videt & patrem meum.* Id est, non modo in qualitate diuina, verum etiam humana, ut modo sum, patrem aeternum represento, & me, qui videt, patrem meum videt, nam in quantum Deus & in quantum homo, illius imaginem represento.

Lib. 4. de dogmat. charact. Hieribus.

Cuius est hac imago? Magnus ille Athanasius, homil. de S. Patribus & Prophetis, referente Francisc. Turriano, ex hoc loco colligit colendas & honorandas esse imagines: non enim reprehendit Christus Pharisaeos, nec Iudaeos carpebat, quod Caesaris imaginem efformarent, qui tamen lege verabantur aliquas imagines exprimeret vel sculperet: imo e contra volebat, Caesarem hanc imaginem obseruari, eique tributum persolui, cuius imaginem, Caesaris intuitu colebant, eademque ratione edocebat, Deo reddenda esse, quae Dei sunt. Vnde sequitur, quod quem a modum honor imaginis Caesaris in Caesarem redundat, quae in illius effigie colimus: ita honor & cultus imaginis Iesu Christi, est honor Christi & honor sanctorum imaginibus impensus, in sanctos etiam redundat: porro sanctorum honor, honor & gloria Dei est, quem in sanctis honoramus ac veneramus: iuxta sententiam illam Psalmogr. *Mirabilis (& honorabilis) Deus*

in sanctis suis, adeo, ut honor & cultus imaginum sanctorum, honor sit Dei, atque ideo hunc ei reddere par est, iuxta Euangelium: Reddite, quae sunt Caesaris, Caesari: & quae sunt Dei, Deo.

Ecce honorem & obedientiam, quae debetur regibus. Duo, inquit Apostolorum caput, in mundo & regnis necessaria, Deum timere & regem honore afficere, *Deum timete regem honorificate.* Quod variis exemplis est sacra Scriptura depromptis demonstrare poterimus. Christus enim Saluator Caesari obediuit, S. Petrus Neroni, Joseph Pharaoni, Daniel Nabuchodonosori, quin & Regi Sedechiae vitio vertitur, quod fidem datam regi Babyloniorum non seruasset, & conditiones foederis, quibus se tributum illi persolutorum sponderat, fregisset. Quin & Deus obedientiam, quae Nabuchodonosori debebatur, commendans minando dicebat, apud Ieremiam: *Gens Iorem. 8. autem & regnum, quod non seruerit Nabuchodonosori Regi Babylonis, & quicumque non curauerit collum sub iugo regis Babylonis, in gladio & in fame, & in peste visitabo super gentem illam.* Ecce & nouum quoddam praecipuum in Euangelio: *Reddite, quae sunt Caesaris, Caesari.*

Non dicit omnia ut Caesari reddamus, sed ea tantum, quae Caesaris sunt, alia quippe sunt Dei, alia mundi negotia: alia debentur principati, alia diuinitati: nam

Diuisum imperium cum loue Caesar habet. Non vult etiam Deus sibi dari omnia, nostrum ipsorum ut tortores simus, de mundo nihil ut solliciti simus, non vult corporis nullam haberi rationem, non ita in illud nos sauire vult, ut respirare nequeat, sed tantum ut rationi ipsum, & sensus, & omnia quae ad illius dominium spectant subiciamus, quo trahemus historiam illam de Gabaonitis, quae in Iosue describitur.

Israelitae postquam urbem Jericho expugnassent & expulissent, fama increbuerat per vniuersam terram Chanaan, omnes vrbes simili fore clade afficiendas. Gabaonitae, qui contermini & confines erant, quo se à clade hac in excidio tuerentur, statum inire consiliū: destinarunt se ad Iosue ducem populi, totius regni nomine legatos, qui pacem cum illo inirent: cum autem perspectum haberent, non tam benigne se admittendos, nec tam

Aaa 2 facile

facile pacem impetraturos, si regionem vnde venissent patefecissent, finxerunt se è lōgin- quis regionibus, audito Josue nomine & lu- culentis populi victoriis excitatos, ad amici- tiam & societatem illorum experendam ve- nisse. Quo astu prætensio, pacem quam qua- rebant, inuenerunt, quæ vtrinque sacramento stabilita fuit. At cum Josue deinde illorum versutiam & dolum intellexisset, qui nimi- rum haud procul à Jericho commoraretur, coacto concilio deliberavit, num amicitia iura infringere, foedus inritum dissoluere, & sine vlla clementiæ spe fas esset interficere. Tandem communi consensu decretum est, ob iuramentum corū vt vitæ parceretur, sed in captiuitatem, ob dolum & astum abripen- rentur. Atque ideo in castris instar lixarum & calorum per ordines distributi sunt, vt vilia obirent officia, & velut mancipia seruirent.

Gabaonitæ hi figura erant sensuū nostro- rum exteriorū, auditus, visus & gustus, &c. denotabant etiam veterem illum hominem, qui in nobis est, sensualitatē, inquam, & ap- peritum, morosum, tetricū, verulum, & per- uersum, qui semper bellum gerit aduersus Josue, spiritum, inquam, & nouū illum ho- minem, in quantum Deo seruire desiderat, & proprio motu inimicos suos Chananeos dia- bolos inquam, eorumque socios debellare sa- tagit & euertere. Contingit autem sæpius, i- plos sensus, Gabaonitarum instar, metuentes ne sibi bellum indicatur, cum inimici dican- tur, & illo ipsos nomine Christi apud S. Mat- thæum donari (*inimici hominis domestici eius*) pacem à Josue, nouo, inquam, homine, ex- poscere, & hanc vt obtineant, dolos adhibe- re, & fingere se alienigenas, nullumque cum Chananeis habere commercium, testari quo- que non esse se spiritus inimicos, negare se diabolos, nec eorum consuetudine delectari. Ita se rem habere homo simplex credit: sed mox, vt astum eorum detegit, & aduer- tit, quamuis Chananeis non sint, esse tamen Gabaonitas, quamuis, inquam, non sint dia- boli, in eorum tamen territorio commorari, quod eorum socij & coniurati sint, & homi- num non secus atque illi perniciem molian- tur. Josue igitur hoc astu cognito, eosque ve- ros hostes esse videns, vitam illis ob affinita-

tem & coniunctionem, qui inter se non nisi vnum sunt, auferre non debet, sed, vt seruos illos & mancipia habere, suis illos legibus subiiciens, eorum tamen opera vtens, & ne- cessaria illis suppeditans, vestitum scilicet ac victum, non autem interficiat vel crudeli- tatem sauitiamque iis aliquam ostendens: aut nimia austeritate emacerans: semper igitur illos tueatur, & seruorum instar habeat, atque hoc est reddere quæ sunt Cæsaris, Cæsa- ri: & quæ sunt Dei, Deo.

Eia igitur, Auditores, quoniam ad finem iam peruenimus, reddite Cæsari, quæ Cæsa- ris sunt, reddite obedientiâ Principi, quæ illi debetur, reddite tributa mundo, quæ illius sunt, reddite corpori curam & sollicitudinē, quam exigit, & reddere par est. Sed reddite simul Deo, quæ Dei sunt, quid enim habemus, quod à Deo profectum nō sit: *Quid ha- bes, ait Apostolus, quod non accepisti?* Testatur id ipsum & David Rex, & omnem templi materiam quam parauerat, & omne aurum quod coaceruauerat, recensens ait. *Tua Domine sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, hæc dedimus tibi.* Idem ipsum hodie hic repeto, sed allegorice, omnia scilicet quæ ad ædificium templi spiritualis conferimus, à Deo descen- dere, viuacitatē spiritus, corporis vires, vo- luntatis actus. Omnis denique natura nostra à Deo est, Dei est & Deo reddenda, atque hoc est axioma Euangelium seruire: *Reddite, quæ sunt Cæsari, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.*

Est hoc autem æquissimum Domine, lex, fides, & natura id ipsum docent, lumine na- turæ, Sacræ Scripturæ testimoniis, & ratio- nibus variis tenemus, Cæsari honorem cul- tum, obsequium, tributa, & obediētiam de- beri, tibi quoque quod tuum est, cor, inquam, animam, intellectum, & quicquid in homine excellens est & eminens. Anima siquidem tua est, quod tuam præferat imaginem, illa namque denarius aureus tua signatus imagine & insignibus, tuamque ostendens superscri- ptionem, qui tibi reddi debet. At si nescio quo. Fato regia hæc imago peccatis obscure- tur, gratiam concede, vt per pœnitentiam ac veram contritionem eandem resculpamus, quæ vera nummi huius restaurandi ratio est. Præsta præterea, vt hæc anima nostra tua si- gnata

gnata figura, tandem aliquando ipsum protyponium, quod tu ipse es regnans in sempiterna beatitudine, videre mereatur, ad quam perducatur nos Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, Amen.

DOMINICA XXIII. POST PENTECOST.

Partitio.

1. De Tribulationibus.
2. De adorante & afflicto laico.
3. De filia defuncta.
4. De laici domo, eiusq; tumultu.
5. De Hemorrhoida prodeunte in publicum.
6. De sumptu & duratione morbi.

Ecce Princeps vnus accessit, & adorauit eum: dicens: Domine filia mea modo defuncta est: sed veni, impone manum tuam super eam, & viuet. Matth. 9. Luc. 8.

FIGURA.

Malach. 4.

Malachias Propheta de Messia in mundum aduentu sermonem instituens ait, iis, qui sanctum Dei nomen formidaturi sunt, solem iustitiae oriturum, qui salutem & sanitatem in penis suis allaturus sit. Euangelium hodiernum duo refert miracula, quae Christus patrauit, verbis illis Prophetis ad amissimam respondentia, & per omnia seculia. Solem iustitiae oriturum praenuntiavit, atque hic ipsa Saluatoris natiuitas exprimitur, deinde sanitatem in penis suis habiturum. Pennae vestimenta sunt auium: pennae quoque aquilae illius caelestis sunt vestimenta Christi, quibus sanitas adhærescit, quod hodie re ipsa ad oculos demonstrat, cum mulier sanguinis fluxum patiens, tæta vestimenti illius simbria, quam primò sanitati restituitur. Dicere autem solem sanitatem in penis habiturum, tantumdem est ac si dicas, Christum solo attractu vestis morbos depulsurum. Longiorem hac de re sermonem instituam, modo Spiritus S. cœpta secundet, & Deiparæ precibus suis. solitis felix auspiciam spon-

deat. Quamobrem vritis animis eandem in genua prouoluti salutemus cum Angelo, dicentes:

Ave Maria.

Pius ille ac religiosus Bernardus tribulationum à Deo immixtarum emolumenta accuratius examinans, & vtilitates quas adferunt recensens dicere solebat, *quomodo stella in nocte lucent, in die latent: sic vera virtus, quae saepe in prosperis non apparet, in aduersis eminet.* Nec aberrauit profecto à scopo: nam luculentis verbis illius testis accedet ærumnosus ac miser Job: nam ipsum animi robur & constantia, patientia, & sexcentæ aliae virtutes, quae delituerant, dum prospero ridebat fortuna vultu, omniaque ad votum ei affluebant, in tenebris perpetuo permansissent, si nox & caligo afflictionum aduersitatumque non apparuisset. Opinioni nostræ suffragatur August. ait: *In fornace ardet palea, & purgatur aurum; illa in cinerem vertitur, & illud sordibus excutitur: fornax mundus: aurum iusti, ignis tribulatio, artifex Deus.* Ipsum & alio loco, sed aliis verbis habet: *Sicut sub eodem igne aurum rutilat, & palea fumat, & sub eadem tribula stipula comminuitur, & frumeta purgantur: ita una tribulatio irruens bonos probat, purgat & eligit, malos reprobat, exterminat & annihilat.* O igitur sanctæ afflictiones! Sed earumdem vtilitates & commoda audire vultis? Varia recenset August. dicens: *Flagellum interius & exterius glorificat, peccatorem compellit nolentem erudit ignorantem, custodit currentem, protegit infirmantem, excitat torpentem, humiliat superbientem, purgat penitentem, coronat innocentem, inuincit ad mortem semper viuentem.* O admirabiles vtilitates!

Equidem post Patres illos dixero tribulationem esse donum quoddam caeleste Pharmacum salutare, quod Deus, vt medicus vsurpat, & quo nos, vt agri curamur. Has scilicet Pharmaci aut catapotij instat Deus ad sanitatem spiritus, non vero ad damnationem animæ nobis præscribit. Cum in medici & Chirurghi manus incidisti, quando ferrum subeundum est, cauteria inuicenda, incisiones faciendæ, sanguis minuendus, clamor, vociferatis, & cruciatis: Medicus tamen nequidquam promouetur, sed de salute tua ac vita

Aaa. 3. sollicita.

I.
Super Cantica.

Super Psal. 60.

Super Psal.